

Depuis la publication des deux premières parties de cet ouvrage, nous avons reçu le plus grand et le plus précieux des encouragements. Sa Sainteté Pie IX, à qui nous avons offert nos quatre volumes, a daigné nous faire adresser la lettre suivante par M<sup>sr</sup> Mercurelli. Nous en donnons à la fois le texte et la traduction.

---

PERILLUST. DOM.,

icet Sanctissimus Dominus Pius IX suis impeditus curis legere nondum valuerit oblatum a Te compendium universalis historiæ illud tamen litterasque Tuas habuit acceptissima. Non modo enim ex editis amplissimorum Præsulum testimoniis accepit, te, restitutis religionis ac veritatis juribus ut plurimum procurtatis ab historiæ scriptoribus, solidæ prospexit adolecentium institutioni; bene vero id e summario ipso capitum conspectu hinc inde didicit. Gratulatur autem Tibi, quod probe intelligens, Enm, qui omnia propter sometipsum fecit, sic universa suo nutu moderari, ut Ipso e medio subducto, historia nec unitatem preferre possit nec esse *lux veritatis* aut *magna vitæ* sed mera factrum enarratio necessario destituta nexu; sic retuleris atque exposneris ventus, ut actio divinæ providentiae supremique moderatoris consilia ubique essent perspicua. Placuit ei præterea industria a Te adhibita ad ingerendam penitus tenellis animis præcipuarum rerum memoriam et ordinem per peculiare cuiusque sæculi summarium, anacephalæosim, et chronotaxim; ita et propositum plane commendaverit, et perutilem. Te laborem suscepisse censuerit. Sperans autem futurum ut, quod ad opus absolvendum superest, pari a Te religione studioque perficiatur, optat ut extremam ei manum imponas. Dum autem cœleste ad hoc Tibi auxilium ominatur, grati animi sui ac paternæ caritatis pignus Apostolicam Benedictionem Tibi peramanter impertit.

Ego autem gratissimo hæc nunciandi munere functus, facere non possum quin peculiarem æstimationem meam Tibi profitear, cui adprecor a Deo fausta omnia et salutaria.

Tui Perillust. Dom. addictiss. obscuriss. famulus,

FRANCISCUS MERCURELLI,  
SS<sup>mi</sup> D. N. ab epistolis latinis.

Romæ , die 8 Februarii 1865.